Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31265
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



mandata tua custodire nimis utinam dirigantur viæ meæ ad custodiendas iustificationes tuas. Cōpl. Gratias tibi referimus dne sacro mune vesperarum tuam miam deprecantes ut dignos nos eius participa cōdignis p.

Omnia quæ fecisti nobis dne iuste iudicasti. Domi. xxi.

Peccavimus tibi et mandatis tuis non obedivimus sed da gloriam nomini tuo et fac nobiscum secundum multitudinem miserationum tuarum. ℣. Domine in iustitia tua. Ora. Omnipotens et misericors deus unusquisque nos adversa a prosperitatis excludit ut mente et corpore expedite quæ tua sunt libere

Fratres. Videte. Ad ephesios. Mentibus exercitatis p. quomodo caute ambuletis non quasi insipientes sed ut sapientes redimentes tempus quoniam dies mali sunt. Propterea nolite fieri imprudentes sed intellegentes quæ sit voluntas dei. Et nolite inebriari vino in quo est luxuria sed impleamini spiritu sancto loquentes vobis metipsos in psalmis et hymnis et canticis spiritalibus cantantes et psallentes in cordibus vestris deo gratias agentes semper pro omnibus in nomine domini nostri iesu xpi deo et patri. Dominus inducem timorem xpi. Br. Oculi omnium in te sperant dne et tu das illis escam in tempore opportuno. ℣. Aperis tu manum tuam et implebis omne animal benedictione. Alla. ℣. Qui confidunt in domino sicut mons sion non commovebitur in æternum qui habitat in iherusalem. Euang. Simile est regnum cælorum. Gradu. Off. Super flumina babilonis illic sedimus et flevimus dum recordaremur tui sion. Secre. Hæc munera quæsumus dne quæ oculis tuæ maiestatis offerimus salutaria nobis et concede p. Comm. Memento verbi tui servo tuo dne in quo mihi spem dedisti hæc me consolata est in humilitate mea. Cōpl. Gratia nos dne mediantibus operatione et amicis purificatis clementer expediat et tuis faciat semper inhærere mandatis p. Dnica xxi.

Omnia voluntate tua dne constituta sunt posita et non est qui possit resistere voluntati tuæ tu enim fecisti cælum et terram et omnia quæ cæli ambitu continet.